

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta**

Continens Moralia

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

Vorwort

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1372](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1372)

EIVSDEM XYLANDRI AD CAN-  
DIDVM LECTOREM DE HAC SECVND A EDITIONE  
& Annotationibus suis, Præfatiuncula.



VINCVENNIVM iam, & aliquanto amplius elapsum est ab eo tempore, quo ad alterum hoc Plutarchi operum volumen in Latinum sermonem conuertendum serio accingere me cœpi. Sub idem tempus etiam de Græco opere recudendo Eusebius Episcopius, typographus Basiliensis, cogitabat: cui cum in castigando eo operam nostram liberaliter obtulissemus, manuscripto sumus ab eo instruti codice, itemque Aldino. De hoc dicere nihil attinet. Sed manuscriptus ille maiorem partem eorum non habet, qui sunt in Aldino libri: & præcipue ij desiderantur in eo, qui mendis scatent grauioribus & lacunis sunt interrupti compluribus, qua de re in Annotationibus alicubi conquestus sum. Eratiam tum in exspectatione editio Plutarchi Græcorum operum ea, quæ huius ipsius demum anni verno Francofordiensi mercatu ex officina Henrici Stephani Geneuensis typographi, de optimis quibusque scriptoribus & repub. litteraria præclarissime promeriti, in publicum emissâ proflit. Itaque etsi mea potissimum fretus industria & qualicunque (nihil enim magnum nobis arrogamus) eruditio, nulla tamen vel despiciibili etiam re contempta, quæ quo modo ad iumento esse posse videretur, paulatim ac vt res meæ ferebant plenæ variarum interpellationum, & in emendandis & in interpretandis Plutarchi scriptis progrediebar: tamen spe iam editionem illam deuoraueram, animo que præceperam voluntatem, quam mihi integrâdis eius præsidio Plutarchi, castigandis que locis misere passim toto opere fœdati percepturus videbar. Quod quidem ingenue semper & aperte præ me tuli. Enimvero cassitate illud Ennianæ fuisse argumentum mihi reætissimè in promptu situm interim, animaduerto. Nam Græcus quidem codex, vt est nostra opera correctus, non tam nostro consilio, quam certorum hominum voluntate, editus nondum est: biennium vero à versionis nostræ editione iam effluxit. Cuius editionis vt tunc temporis graues habui causas maturandæ: ita eius neq; adhuc pœnituit, neque etiamnum video cur pœnitere possit aut debeat. Primum enim si Græca ista Geneuensis editio expectioni meæ vel abundè satisficeret: frustra tamen tantum temporis editioni meæ producturum me fuisse sentio: cum vix, ac ne vix quidem integrum mihi esset ex ista meam locupletare, ornare, aut etiam corrigere. adeo accurate omnem tantum non fruendilibris istis ære proprioemptis potestatæ autor eius circumscripsit. metu fortasse plagiiorum, quos si odit, plane tecum sentit. Nunc, cum mea editio se quiennio illam anteuerterit: nemo scilicet ita præ posterus est, quia me siue vsum siue adiutum suspicatur etiam sit. Deinde, si locus veritati & libertati est, vt debet, relictus aliquis, mihi profecto pro mea persona pronunciare licet de editione ista, *δένεια πόνον*. quod bona cum pace autoris dictum volo. Non enim alienos labores contemno, sed meos perfunditorie tutor, atque vt calumnias amoliar quorundam, omnia ex indicibus afflantum, id dico, quod quale sit, iam nunc adeo in promptu est cuius mediocriter eruditio peruidere. Græcus sane horum librorum codex, quem meo ego studio, meis auspiciis, codice Episcopiano non raro adiutus quidem, sed auxilio eius in diffcillimis ac plurimis locis destitutus correctum ac magna parte lanatum habeo, publicatus (vt dixi) non est, in lucem suo tempore, vtque nobis dignum est, ipse etiam proditur. Interim (ne de vniuersis dicam) ve eorum opusculorum, quorum me viuo quidem, sed neque conscientia neque volente versiones nostras Stephanus usurpauit in Latina sua editione, cum Græcis ipsius comparatio sufficit demonstrio, quam multa ego, crassa etiam (vt sic loquar) & absurdâ menda industria meæ fretus viribus sustulerim, in Græco eius codice etiamnum exstantia, quam multa suæ integratæ restituerim, ibi adhuc mutilata. Statueram hoc loco exempla quædam proferre, & erat facilimum. Sed prestat diligentia studiosorum harum rerum isthuc relinquere: & Annotationes has nostras quileget, satis ansæ habebit ad deprehendendum quod dixi, & per noscendum. Certe pauca admodum sunt ab altera parte, quæ (si integrum mihi fuisset) usurpaturus eram, ista meam antevertente editionem: aut saltem in hac meorum Annotationum editione inferiorem. Sed talia, torque sunt ea, vt nullo pæne labore pro se quisque dum versionem nostram cum Græcis eius conferet, sibi annotare, nostramque lucubrationem inde suo arbitrio corrigeere possit. Hoc enim puto omnibus licere. Postremo, committendum mihi nullo modo fuit, vt aut fructum laboriosissimæ nostræ lucubrationis reipublicæ diutius inuidere, aut mihi meisque rebus deesse videri possem. Existimabam enim à multis bonis gratiam me iniurum, si quam primum ederem in lucem tanti scriptoris tam honesta, utilia, iucundaque scripta omnia Latine & fideliter expressa. Et quanquam de Plutarcho nihil causæ erat cur ita essem solicitus edendo, vt Achilles Homericus de Hectori interficiendo,

*μη τι κύριος ελαττω βασιλεὺς δε δευτερος επάρχοι*

Tamen rationem habendam esse temporis multa me monebant, quæ heic enarrari non debent. Id quidem erat mihi persuasissimum, fore vt denuo hanc versionem ederem: quam adiutus aliorum publicata priuatave etiam opera & subsidiis auctiorem, pleniorem, castigatioremque videbar daturus. Verum hoc adhuc abs re fuit, iis, quas commemorauit, de causis. Nunc ergo denuo prodit versio Plutarchicorum scriptorum nostra, sane à priore non admodum diuersa: sed annotationibus nostris aucta, quibus colophonem toti operi imposuisse existimari queamus. Evidem superiori editioni adiunximus eas, nisi mihi & angustia temporis obstitissent, & spes multo maxima fuisset omnia politiora, auctioraque postmodo edendi. Nunc video peropportune in hoc tempus eas esse reiectas, cum interea non paucæ nobis ad animum acciderint, ad recognoscendas eas & percolandas facientia. Candidus & non ineruditus lector facile iudicabit, quanto mihi hæ labore, quibus constiterint molestiis. Nam & versionis nostræ rationem subinde reddimus, & identidem Graci codicis fôrdes detergimus, virtia detegimus, frequenter persanamus, interdum de remedio conjecturas nostras proponimus, quas vel approbent docti, vel melioribus ac firmioribus prolatis antquent. Non sum valde sollicitus ne quis nostram versionem aliis postponat vt deteriorem. Profecto enim annotations hæ docere possunt, quæ res me impulerint, vt quædam etiam post summos & incomparabilis doctrinæ viros, Turnebum maxime, Budæum, Iunium, Erasmum, aliasque, idq; aliter adeo interpretarer. Multorum etiam obscurorum locorum intelligentiam patefecimus, & obiter etiam aliorum autorum dicta arrigimus. Contraxi autem has annotationes in quantam potui breuitatem innumeris præcisâs quæ videbantur leuiora. Adde nostris quæ attulit in quosdam libellos Henricus Stephanus non aspernanda: accedes me hercle ad intelligendum Plutarchum non male instructus. Quod sicuti nostræ versiones ac annotations cum eius lectione aut annotationibus conspirabunt (quod obseruaui aliquoties accidisse) non est vlla idonea de alterutro nostrum furti suspicio, cum & annotations nostras multò ante scriptas quam Plutarchus prodiit in lucem Stephanianus, demonstrari euidentissimis argumentis possit, atque omnino constet: & Stephanus si coniecturam facere de emendandis Plutarchi libris ex versione nostra sat egisset, aliquot centuriis mendorum liberatum dare nobis, multoque rectius pexum & politum Plutarchum Græcum potuerit. Eodem pertinet quod vnum atque alterum locum à me præteritum in vertendo reprehendi, atque re diligenter considerata, excusisque aduersariis & libris nostris, pœne eodem quo Henricus modo emedauisse me sensi. neque miratus sum qui eodem studio eosdem libros legissent, eadem etiam obseruasse. quod propter vitilitigatores & male de recte facientibus iudicantes obiter innuendum duxi. Multa ego iam ab aliquot annis annotauit, cum varias lectiones conscribere statuisse, quæ interim ab aliis itidem obseruata, atque publice edita vidi. Neque tamen ita omnia mihi tempus præripuit, vt mea profusa ideo abiicienda censeam. Quod de meis annotationibus multo magis statui. Quam autem ego multa notauerim, correxerim, explicauerim, indicauerim ab aliis prætermissa, satis superque vnum Symposiacon opus potest docere. Vbi si qua me fugerunt, & ab ipso sunt restitura, ab ipso petantur & describantur licet. non enim aliena usurpare animus est. Mihi satis est gloriae partum, quod primus omnium totum PLUTARCHVM, quantus ad nos peruenit, aggressus Latine interpreta-

GVIL. XYL. PRÆE AD LECTOREM.

interpretari, non infelicitate absolui, annotationibusq; illustrauit, si nihil aliud, laboriosissimis. Fragmenta & reliquias, & quorundam emendationes expositionesq; non paucorum locorum alio tempore cur persequi, quam huic operi adiungere malum, causam habeo satis grauem: etsi breui, (vt spero) hoc quoque in rem publica litterariam Plutarchumq; nostrum officio defungemur. Quod sicubi rem acu non tetigimus (& non dubito quandoq; me in tam vario ac diffcili opere lapsum fuisse) gratiam nobis facile facient homines ingenui & humanarum virium, nostrarumq; miseriarum ratiocinatores probi, quos cogitare velim, me discere non recusare: contemptorem inuidiae nihilominus & inutilium rixarum. Fruantur igitur nostris laboribus qui volent & poterunt: & nos ament, Deumque orent ut in posterum quoque, piis nostris & publice commodaturis aliquando conatibus, gratiam suam ac vires sufficiat. Interim caueant sibi moneo, atque (si dignum est) rogo qui de alieno rem suam factitant, ne cum IMPERATOR Romanorum & versionem hanc nostram & additiones has suo diplomate nobis dato munierit contra ipsorum temeritatem atque iniurias, plagiariorum potius more pœnas dare, quam bonorum virorum officio fungi voluisse videri iure possint. non enim deerimus dignitati, iurique nostro, si nihil bene merendo & reete monendo profecerimus. Denique lectores maximo opere rogo, vt illustrissimo & Clementissimo Principi Ludouico Friderici Electoris Palatini F. Bauariae duci, domino meo clementissimo, acceptum ferant quicquid cum ex versione, tum ex annotationibus hisce nostris ad se utilitatis atque delectationis redibit. Eius enim munificentia atque humanitate recreatus (pro quibus & agemus vt spero plenius, & referemus etiam Deo adiutante debitas ipsius virtutibus & celsitudini gratias suo loco atque tempore) ad persequendas reliquias horum aliorumque laborum maiore cum animi tranquillitate & alacritate perrexi. Vale.

Pridie Idus Sextil. 1572. Heidelberga.

CATALOGVS EORVM, QVÆ  
TOMO POSTERIORE PER PLVTARCHVM  
*tractata continentur, specialis: additos habens numeros, qui paginas, ubi unum-  
quodque singulatim quærendum sit, ostendunt.*

1	ῳδὲ πάγδων ἀρχῆς, De liberis educandis.	1	42	ῳδὲ φιλονεῦμα, De inuidia & odio.	536
2	πῶς δὲ τὸ νέον ποιημέτων αἰχνή, Quomodo adolescens poetas audire debeat.	14	43	ῳδὲ θιαντὸν επαγγέλμα, Qua quis ratione seipsum citra inuidiam laudare possit.	539
3	ῳδὲ θιαχνή, De auditione.	37	44	ῳδὲ τῷ οὐτὸν θεόν βεβούσιον πρωρυμένον, De his, qui sero à numine puniuntur.	548
4	πῶς αὖτις διεκρίνει τὸ κόλακα τὸ φίλον, Quomodo possit adulator ab amico internosci.	48	45	ῳδὲ θιμαριόν, De fato.	568
5	πῶς αὖτις αἴσθοιτο εἰς τὸ θεούλοντος ἐπὶ δρεπῆ, Quomodo quis sius in virtute paranda sentire possit profectus.	75	46	ῳδὲ τὸ Σωκρέτες διηγούμενον, De Genio Socratis.	575
6	πῶς αὖτις τὸ ἔχθρων ὀφελότο, De capienda ex hostibus vtilitate.	86	47	ῳδὲ φυῆς, De exsilio. 599 (suam. 608)	
7	ῳδὲ τολυφίνιας, De amicorum multitudine.	93	48	ῳδὲ μαθητὴν τοις ιδίαι γυναικαῖς, Consolatio ad vxorē Συμποσιακῶν τοις βιβλιάτον, Conuiualiū disputationum libri nouem.	612
8	ῳδὲ τύχης, De fortuna.	97	50	Ἐρωπίος, Amatorius.	748
9	ῳδὲ αρετῆς Εκαίσια, De virtute & vicio.	100	51	Ἐρωπίκαι διηγήσεις, Amatoria narrationes.	771
10	ῳδὲ μαθητὴς τοις Απολαύον, De consolatione ad Apollonium.	101	52	ῳδὲ τῷ σπουδαίᾳ τοις ιδίαισι δεῖ τὸν φιλόσοφον διηγέσθαι, Maxime cum principibus viris philosopho esse disputandum.	776
11	Ὑγεινὴ τοις θεούλοματα, De tuenda sanitate præcepta.	122	53	ῳδὲ τῇ γένοντα απαύδειτον, Ad principem ineruditum.	779
12	Γαμικά τοις θεούλοματα, Coniugalia præcepta.	138	54	Εἰ φρεσθεντέρω πολιτεύον, An seni gerēda sit respublica. 783	
13	Εἴτα σοφῶν ουμπτίσιον, Septem sapientum conuiuum.	146	55	πολιτικὰ τοις θεούλοματα, Præcepta gerendæ reipublicæ. 798	
14	ῳδὲ δεισιδαιμονίας, De superstitione. 164 (peratorū. 172)		56	ῳδὲ μοναρχίας Ε δημοκρατίας @ ὄλιγορχίας, De vnius in republica dominatione, populari statu, & paucorum imperio.	826
15	Αποφθέματα Σασιλίων Ε σεστηζον, De scite dictis regū ac im-		57	ῳδὲ τῷ μηδενὶ διατίζεσθαι, De vitando ære alieno.	827
16	Αποφθέματα Λακωνικά, Apophthegmata Laconica.	208	58	Βίοι τῶν δικαιώματος, De vita decem Rhetorum.	832
17	τὰ πυλαὶ τῷ Λακωδαιμονίων οἰκητέοματα, Instituta Laconica.	236	59	Επιπομὴ τὸ συγκρίσεως Α εισθανός Ε Μεναίδης, Comparatio- nis Aristophanis & Menandri breuiarium.	853
18	Γιωνικῶν αρετῶν, De mulierum virtutibus.	242	60	ῳδὲ τῷ Ηροδότει κακοπθέας, De Herodoti malignitate. 854	
19	Κεφαλαιάν ταῖς θεοφάνη, Quæstiones Romanæ.	263	61	ῳδὲ τῷ αρεσκόντων τοις Φιλοσόφοις Βιβλία, De placitis Philosophorum libri V.	874
20	Κεφαλαιάν ταῖς θεοφάνη, Quæstiones Græcae.	291	62	Λίπαν φυσικά, Quæstiones naturales.	911
21	ῳδὲ θρεπτῶν Ε θλικῶν @ Ρωμαϊκῶν, Historiarum Græcarum cum Romanis coniuncta recensio, Parallela.	305	63	ῳδὲ τῷ μαθανόντων τοις κίκλῳ τοις στηλώπις, De facie, que in orbe Lunæ appetet.	930
22	ῳδὲ τῷ Ρωμαϊών τύχης, De fortuna Romanorum.	316	64	ῳδὲ τῷ αποθετῷ ψυχρῷ, De primo frigido. 945 (vtilior. 955)	
23	ῳδὲ τῷ Αλεξανδρείας πύχεις ἢ δρεπῆς, λόγος α', De Alexandri for- tuna vel virtute, oratio prior.	326	65	ῳδὲ τῷ πίπρον ὑδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον, Aqua ne an ignis sit πόπει τῷ ζώντων φρονιστέον; τῷ χρεοῖσι τῇ τάνυσθαι, Terrestria ne an aquatilia animalia sint callidiora?	959
24	ῳδὲ τῷ Αλεξανδρείας πύχεις ἢ αρετῆς, λόγος β', De Alexandri for- tuna vel virtute, oratio posterior.	333	66	ῳδὲ τῷ λογοτάξιον τοις θεοφάνησι, Bruta animalia ratione vti. 985	
25	πόπει Αθηναῖοι κτ! πόλεμον ἢ τῷ σφίσι οὐδεῖστεροι, Bellone, an pace clariores fuerint Athenienses.	345	67	ῳδὲ τῷ λογοτάξιον τοις θεοφάνησι, De mortalia ratione vti. 985	
26	ῳδὲ Γ' ισιδος @ Ο' σιειδος, De Iside & Osiide.	351	68	ῳδὲ αφροφαγίας λόγος α', De esu carnium oratio prior.	993
27	ῳδὲ τῷ εἶται Δελφοῖς, De εἰ apud Delphos.	384	69	ῳδὲ αφροφαγίας λόγος β', De carniū esu oratio posterior.	996
28	ῳδὲ τῷ μηχανῆματος πύχεις τοις Πυθίαι, Cur nunc Pythia non reddat oracula carmine.	394	70	Πλατωνικά θητήματα, Quæstiones Platonicae.	999
29	ῳδὲ τῷ οὐλευοπτῶν χριστεῖων, De oraculorū defectu.	409	71	ῳδὲ τῷ Τιμαίω φυχογονίας, De animæ procreatione, quæ in Timao Platonis describitur.	1012
30	Οὐ πιθακτὸν ἢ δρεπῆ, Virtutem doceri posse.	439	72	ῳδὲ Στωικῶν ινατημάτων, De Stoicorū repugnatiis. 1033	
31	ῳδὲ τῷ ιδικῆς αρετῆς, De virtute morali.	440	73	Σωϊόμενον, οὐδὲ τοις θεοφάνησι οὐ Στωικοὶ τῷ ποιητῷ λέγοντο, Cōpendium Commentarii, quo ostenditur Stoicos quām poetas absurdiora dicere.	1057
32	ῳδὲ αἵρησις, De cohibenda ira.	452	74	Οὐ τὸ ζῶντα οὐδὲ ιδέων κατ' Ε πίκρον, Ne suauiter quidem uiui posse secundum Epicuri decreta.	1086
33	τοις εὐθυνίας, De tranquillitate animi.	464	75	ῳδὲ Κολωτῶ, Aduersus Colotem.	1107
34	τοις φιλαδελφίας, De fraterno amore.	478	76	Εἰ καλῶς ἔργα τῷ, Λάθι βιώσας, An recte dictum sit, Lætenter esse viuendum.	1128
35	τοις τῷ εἰς τὰ ἔκχρια φιλοσοργίας, De amore prolis.	493	77	ῳδὲ μυσικῆς, De Musica.	1131
36	Η αὐτάρκης η κακία τοις κακοδαιμονίας, An virtuositas ad infelicitatem sufficiat.	498	78	τοις πολιμονον Ε οὐδὲ ιππονήσιας, Ε Επίλιμπης εὐεργενεῖσιν, De Fluiiorum & Montium nominibus; & de iis quæ in illis inueniuntur.	1147
37	Πόπει τῷ πύχει, η τῷ τοις σώματος πάτη χειρονα, Animine an corporis affectiones sint peiores.	500			
38	τοις αἱδονεχαῖς, De garrulitate.	502			
39	τοις πολυκομψούσιν, De curiositate.	515			
40	τοις φιλοπληπτισ, De cupiditate diuitiarum.	523			
41	τοις μυστησιας, De virtuoso pudore.	528			